

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In momentanem felicitatem. Emblema CXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

li, turbinato, gibboso, rotundo, angulari, in-
uerſo, euerſo, pellucido, ſolido corpore aut
vitro, ſic vt ſuſceptam imaginem non om-
nia intra ſe repræſentent, ſed remotius in
aera foras reiectam, velut aereum quoddã
ſimulacrum & phantãſma, videntibus ob-

ijciant: vel ab remotiſſimis etiam ſpacijs,
beneficio Solis, deferant aliunde idola per
multa milliaria, & ſiſtant in obtura velut
præſenti re. Non ad do verbũ, ita mihi ocu-
los perſtringũt & fascinant magici iſti ra-
dij. Abite, ò curua rectorum iudicia.

In momentaneam felicitatem.
EMBLEMA CXXV.



AERIAM propter creuiſſe cucurbita pinum
Dicitur, & grandi luxuriaſſe coma:
Cum ramos complexa, ipſumq; egreſſa cacumen,
Se præſtare alijs credidit arboribus.
Cui pinus: Nimum breuis eſt hæc gloria; nam te,
Protinus adueniet, qua malè perdet, hyems.

COMMENTARII.

- I. **C**UCURBITA iuxta caudicẽ pini ſe implicat. Eſt autẽ pinus arbor procerò *Pinus*
plantata ſuſſum ſerpit, & ramis illius & cralſo candicẽ, inferiore quidem parte
nudo,

nudo, sed superiore admodum ramoso. Folia habet setę eęque ferę modo tenuia, oblonga, cacumine pungentia, & aculeata, quę non decidunt. De hac arbore plura dicemus infra Emblemate 203. ex Plinio, Theophrasto, & Dioscoride.

II.
Vnde Em-
blema pe-
nitum:

SCRIBIT Guicciardinus Italus scri-
ptor, id Alciati carmen affixum fuisse ia-
nuę cuiusdam hominis Angli, qui factus
insolentior ob prosperos rerum successus,
per multis inuisum se prębebat. Idem est
apologus apud Petrum Crinitum de ho-
nesta disciplina lib. 2. cap. 14. Sata est olim,
inquit, cucurbita iuxta pinum arborem,
quę grandis admodum, & ramis patulis
extabat: cucurbita verò cum multis plu-
uijs atq; cęli temperamento creuisset, la-
sciuire incepit, & ramulos audacius porri-
gere. Iam serpebat in pinum, iam surgere,
iam ramos & frondes inuoluere audebat;
ampliora folia, cędentes flores, pregrandia
poma & virentia ostentans. Itaq; tanto fa-
ctu atq; insolentia intumuit, vt pinum ar-
borem ausa sit aggredi. Vides, inquit, vt
te supero, vt amplis folijs, vt virore prę-
sto? Et iam iam ad cacumen profurgo. Tū
pinus, quę senili prudentia & robore pol-
lebat, nihil mirata esse cucurbitę insolentis
audaciam, sed ita respõdit: Ego hic multas
hyemes, calores, aestus, varasq; calamita-
tes peruici, & adhuc integra consisto: tu ad
primos rigores minus audacię habebis, cū
& folia concident, & viror omnis abe-
rit. Est & alia huiusmodi fabella Laurętij Ab-
stemij, de cucurbita & olea.

III.
Aerius.

AERIAM] edicissimam, altissimam, vt
alibi diximus. Virgil. 1. Ecloga:

Neq; gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.
& 3. ... namq; notani.

Ipse locum aeria quo congesse palumbes.
Sic passim legis, Alpes aeria, Arcus aeria,
Cacumina aeria, &c. pro altis.

Propter pinum] id est, prope pinum.

Propter
pro propę.

Terentius Adelphis:

Nimum istos abissi, hic propter hunc as-
siste.

M. Tullius in Pisonem: Hic vir clarissi-
mus, qui propter te sedet, L. Gellius &c.
Idem 2. de Iuuent. Fluius Eurotas, qui
propter Lacedæmonem suat. Ouidius 8.
Metamorph.

Propter humum volitat, ponitq; in sepibus
oua.

de perdice loquitur. Eadem vox Propter, in

eadem significatione aliquādo ponitur si-
ne casu. Terent. Adelphis:

Est ad hanc manum sacellum, ibi angipor-
tum propter est.

Cucurbita] planta est hortensis notissi-
ma, in altum ascendens, mirum, si propius,
ad sit cui innitatur, se extēdens, natura etiā
sublimitatis auida: hyemem maximē odit,
de hac Plin. lib. 19. cap. 5.

Grandi luxuria esse coma] sua folia dila-
tasse, suas frondes in latum porrexisse. Di-
cuntur autem arbores luxuriare, cū abū-
dantius ramos emittunt siue producent.

Cum ramos complexa] amplexata pi-
num, cuius beneficio excreuerat in altum.

Pręstare alijs arboribus] meliorem esse
vel antecellere.

Nimum breuis est] Tua isthęc iactātia
breui durabit, primis enim hyemis fri-
goribus excutieris, celeriterq; decides.

MORALE huius Emblematis est, nō
esse superbendum ob subitum prosperę
fortunę euentum. Illa enim vitrea est, cum
quę maximē splendet, frangitur: vsq; ad-
eò etiam leuis & inconstans, vt citissimē

quę dedit, reposit. Hinc rectē torquetur
in eos, qui ob momentaneam quādam sce-
licitatē gloriantur, quiq; plus habent ostē-
tationis & pompę, quā facultatē aut
virium, Itaq; non mirum videri debet, si

me scunt. In eos, quę
ob prospe-
ros succes-
sus intiu-
virium, Itaq; non mirum videri debet, si
dum se alijs pręferunt, magnique videri
volunt, se alijs, & quidem nascutis homini-
bus ridendos propinent, & tamquam sicci
quidam sterculi citissimē exarescāt ac de-
cidant. Certē apud Onirocritas cucurbita

spes inanes pręstagit, vt potē quę cū ven-
tricofam admodum speciem prę se ferat,
multumq; identidem nutrimenti pollice-
ri videatur, illud tamen tenue, & nisi con-
dimento aliquo inuetur, egregiē fatuum
est, vt refert Pierius lib. 58. Eodem planē
modo se se habent Thraones illi, fortunę
suę momentaneę iactatores, vel qui secun-
dis ventis plus æquo turgescunt, neq; ad-
uertunt seuerissimam illam Nemesis,

quę de superbis & fastuosis vindictam su-
mit. Id apertis verbis Pausanię Simonides,
ab eodem conuiuio lautissimē exceptus si-
gnificauit. Rogatus enim vt quidpiam ex
arcanis Philosophię adferret in medium,
vidensque Pausaniam rebus suis nimium
fidere, dixit: Memineris te in tanto rerum
successu hominem esse. At quę esset verbi
huius vis, quodq; pōdus, parum vidit Pau-
sanias.

Cucurbita
ta.

IV.

Cucurbita
quid allegoriz-
cē.

Pausa-
nias in so-
lent.

lanias. Itaq; cū ipse iam in summo vite discrimine cōstitutus, mortem sibi impendere intelligeret, exclamasse fertur: Quā inani persuasione deceptus eram, qui Cæri hospitis saluberrimum consiliū: ad me pertinere non putabam: vnde nunc miserè perire cogor. Rectè Philippus Macedo,

*Philippus
Macedo
ex insolē-
ti modera-
tus.*

qui ne felicitate nimia se effertet, ex pueris aulicis vni id muneris demandauit, vt summo mane cubiculum ingressus pronunciaret, *αὐτοπατος ἐὶ γίδαπταε. Homo es Philippe.* Cuius rei faciendæ occasionem fortasse dederat Archidamus Agelilai filius, qui cum à Philippo post paitam victoriam ad Cheroneam acetbas & minarum plenas literas accepisset, huic respondit: Si metieris vmbra tuam, Philippe, haudquaquam reperies illam factā maiorem, quā erat ante victoriam. Aliud, sed vite priuatæ apponam exemplum in Mæna liberto Pompeij, quē insectatur Horatius *Eped. 4. Oda.* Hunc populus indignabundus Romanos ludos ē primis quatuordecim ordinibus spectantem, nuper feruum, nec modò sape vincitum, sed & verberatum Ibericis funibus, durisq; compe-
dibus perusta latera cruraq; habentem; quod etiam grauius est, magni alicuius delicti causa feruilibus affectum flagris: modò repenteq; liberum, opulentum, superbium, delicatum, præfectum classi aduersus piratas. Carmen Horatianum quia sit in omnium manibus, facile prætermitto. Interea tamē ad hunc locum multa obseruari facile possunt. Primum, eos longè arrogantiores esse, qui nuper diuites euaserūt, quā qui in amplo patrimonio educati opes & fortunas acceperunt à maioribus, quod notat Aristor. secundo de arte dicendi. Deinde se penumero fieri, vt diuitie mentem perfuriant, vt hominem insolentem reddant: quamobrem noster Flaccus, *Stultitiam patiuntur opes.* & Publij minus: *Fortuna quem nimium fouet, stultum facit;* vt Cicero de amicitia dicit, nihil quicquam insipienti fortunato intolerabilius. Adēo verum est quod mulcorum est in ore, fortunam nō solum ipsam esse cæcam, sed etiam eos, quos amplexa sit, cecos efficere. Sallust. Res secundæ animum etiam sapientum fatigant. Virgil. 10. *Æneid.* *Nescia mens hominum sati, sortiq; futura, Et seruire modum rebus sublatis secundis.* Idem Ouid. 1. *art. 1.*

*Fortuna
varietas.*

Fortuna quem nimium fouet, stultum facit; vt Cicero de amicitia dicit, nihil quicquam insipienti fortunato intolerabilius. Adēo verum est quod mulcorum est in ore, fortunam nō solum ipsam esse cæcam, sed etiam eos, quos amplexa sit, cecos efficere. Sallust. Res secundæ animum etiam sapientum fatigant. Virgil. 10. *Æneid.* *Nescia mens hominum sati, sortiq; futura, Et seruire modum rebus sublatis secundis.* Idem Ouid. 1. *art. 1.*

Luxuriant animi rebus plerumq; secundis. Adhæc non posse indignari viros bonos, & cordatos alioqui, cū vident abiectos, viles, improbos in altum pronchi, opibus & honoribus augeti, potentiam consequi, qua tamen indigni sunt. Iuuenalis Satyra prima:

*Patritios omnes opibus cū prouocet vnus,
Quo tondeute grauis iuueni mihi barba sonabat.*

*Cum pars Nilivæ plebis, cum verna Canopæ
Crispinus, Tyrias humero reuocâte lacernas
Venitiles æstiuum digitis sudantibus aurū,
Nec sufferre queat maioris pondera gēma,
Difficile est Satyram non scribere.*

Sequitur:

*Quid referam quanta sicum iecur ardeat
ira, &c.*

Sed in summa, serē sit vt cū fortuna ita blanditur, captatum veniat: quod subinde debemus meminisse, ne opprimamur incauti: nam fallacia sunt & caduca quæcunq; à fortuna pendent, opes, diuitiæ, honores, clientelæ, magistratus, potentie, affluēt subitò, repente dilabuntur, nullo in loco stabili nixa radice consistunt: sed incerto statu huc atque illuc acta quos extulerunt in sublime, de cæsu improviso desitutos miserimè deijciunt. Sciani fatum atrocissimū isih occurrat, sed quia iam alio loco adductum memini, facile transilio. Venit in mentem quod Dion retulit de Narcisso quodam liberto Claudij Cæsaris. Cū expeditionem Britannicā legiones detrectarent, nec duci militiae Plautio, laudato viro, parere velent, Narcissus ab Imperatore missus suggestum cōscendit, verbaq; facturus pro concione ad milites, prohibitus est omnium acclamationibus, vsurpato etiam in eum diuēbio, 10 Saturnalia; quia in Saturnalibus ferui herili cultu induti epulari consueuerant. Hoc autem dicitur nonnunquam in eos torquebatur, qui suæ conditionis immemores insolecebant. Non est igitur prudentis ob fortunæ successum intumescere, sed opus habet vt se proprijs, non externis bonis metiatur. Et quidem rectè præcipere videntur, qui moment, vt quantò superiores sumus, tanto nos summissius geramus: timēda est enim vel maximè fortunæ volubilitas, quæ tantū constans est in leuitate sua, vt Naso ait. Cæterum ad hanc epigraphen id adiungo:

Prospera fortuna non caret periculo. τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης ἔχει φόβον, καὶ τὸ πᾶν ὑλαμπρὸν ἐκ ἀκίνδυνου κερεῖν, εὐδ' ἀσφαλὶς πᾶν ὄψος ἐν θνητῷ γίνοι, ὃ περὶ τρεῖς ἢ χρόνος τις ἢ φθόρος, ἰπᾶν ἰπ' ἄκρον τις τῆ καλῆς πράττειν δρᾶμν.

Ait Apollod. Comicus. Sic verò Latinè: *Habent per ampla dona fortuna metum, Periculosq; non carent pralustria:*

Nec ulla celsa tuta sunt mortalibus. Quæ evertete vel invidia, vel tempus solet, Felicitatis culmen ubi quis attingit.

Eodem spectant verba Hecubæ ad Vlyfsem ex Euripide:

Οὐ χριτοῦς ἐν τυχεῖντας εὖ δοκεῖν πράξεν δει.

Κ' αὐγὰρ ἦν ποτὲ, ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμ' ἔτι,

Τὸν πάντα δ' ὄλον. ἦμαρ ἐν μ' ἀφείλετο. *Non decet felices existimare se felices semper fore.*

Ego enim eram quondam, nunc non sum amplius:

Cunctas sed opes dies unice mihi abstulit.

Citatur illud Menandri:

Ὡς ὑπόλας πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι.

Quam facile cadunt qui secunda fortuna vivuntur.

Ad id accedunt mimi quidam veteres, vt illud: Citò ignominia fit superbi gloria. Et hoc: Citò improborum lara in perniciem cadunt. Sallustius: Lasciviam atq; superbiam alunt res secūda. Et Seneca; Prospere animos efferunt. Q. Curtius lib. 2. Fragilitatis humanæ nimia in rebus prosperis obliuio est. Et appositè Iuuenalis Satyr. 2. *... iam nunc ad culmina rerum*

Iniustos creuisse reor: tolluntur in altum, Vt lapsu grauiore ruant.

De Mario tyrannorum septimo dictū est, *Marius;*

quod vno die factus est imperator, altero vitus est imperare, tertio interemptus est milite, qui percussurus illum dixerit. Hic est gladius, quem ipse fecist. Alludens ad prouerbum, *Tuo te gladio iugulo.* Fuerat enim opifex ferrarius Marius, antequam ad imperium venisset.

Ex damno alterius, alterius utilitas.

EMBLEMA CXXVI.

